


coacescĕre, coacuisse. *uerb. intr.* **FORMA** cocescere *cod.* VARRO Rus 1.65. ^{TLI} **ETYM** *co-*, *acescere*. [**FREQ minima** 12 ^{indicia} 0,75 /*d.c.m.* 37 VARRO] *uocabulum scriptis technicis aptum, necnon litterariis argumentando, semper prosa, usibus semper mediis; inde a saec. I aec. apparet.*

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	exponendo	4	1,3
	argumentalis	8	1,1
DIACHRONICA	I aec.	3	1,1
	I-II ec.	2	0,52
	III-V ec.	7	0,73
DIAPHASICA	media	12	0,87
DIASTRATICA	litteraria	9	0,66
	technica	3	1,1
MODUS	prosa	12	0,83

¶ **a** *acidum fieri - volverse ácido algo o avinagrarse* [**HYPER** *mutare*^b **SIM** *acescere* **DOM** *cibus, uinum*] 37 VARRO Rus 1.65.1. *ex eo genere uuae, quod mature coacescat, ante uindemiam consumi aut uenire oportet.* 30 CELS 1.2.9. *Secunda mensa bono stomacho nihil nocet, in inbecillo coacescit.* 4.12.11. *si nausia est aut si coacuit intus cibus aut computruit.* 360 MAR VICTORIN In Gal 5.9. *massa farinae ... coacescit et hinc fermentum fit.* 378-380 AMBR Hex 4.1.1. *si tanto labore uina quaesita in uase coacescant.* 392 AMBR In psalm 118 serm 9.19. *lac natura sui purum, speciosum atque sincerum est, sed corruptione coacescit.*  DIG 33.6.9.2. *si quis uinum quod habuit legauit, deinde hoc coacuit.*

b *per similitudinem, ethicos degenerare significauit - por semejanza, significó corromperse moralmente* [**HYPER** *degenerare*] 54 CIC Scaur 43. *nihil fuerit in hac gente pestilentiae plena, quam ualde eam putamus tot transfusionibus coacuisse?*

parabolis cum uino collatum saepe inuenitur - a menudo se encuentra en comparaciones con el uino 45-44 CIC Cato 65. *ut enim non omne uinum, sic non omnis natura uetustate coacescit.*

CHRIS *de Adam, qui uinum Iudaei dei pristinum uitiauit, item de peccatis, saepe dicitur - especialmente dicho de Adán, que estropeó el prístino vino del dios judío, así como de los peccadoss* 360 HIL in Matth 33.6. *uinum et honor est immortalitatis et uirtus, quod per uitium aut incuriae aut uasis inacescit. hoc igitur cum in Adam coacuisset ipse accepit et potauit ex gentibus.* 392 AMBR In psalm 118 serm 9.19. *mentis et cordis humani natura pura, sincera, perspicua est priusquam uitiorum admixtione coacescat.*

item de corruptione in sacris Iudaeis textibus tradendis - también de las traducciones que desvirtúan los textos originales bíblicos 387 HIER Praef Vulg Salom. *cum diligentissime legerit, sciat magis nostra intellegi, quae non in tertium uas transfusa coacuerint, sed statim de praelo purissimae commendata testae suum saporem seruauerint.*